UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Totivs Ivris Canonici Compendivm, Siue, Brevis Svmma In Qvinqve Libros Decretalivm Sacri Concilii Tridentini Decretis Accommodata

In Qva Ivris Canonici Primæ Institvtiones, seu Elementa ita traduntur, vt plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

Axel, Johannes Honorius van

Coloniae Agrippinae, 1656

De plus petitionibus. Titulus XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61552

Visual Library

gioreſ, reſtitutio plenaria eſt facienda, *c. litte-*
2 *ras de reſt. ſpoliat.* Quarto interim † dum agitur ciuiliter contra delinquentem non poteſt accuſari criminaliter nec è contra coram eodem aut etiam diuerſis iudicibus ne cauſæ continentia diuidatur, *l. interdum ff. de pub. iud. & ibi poſt gloſſ. DD. §. librum & ibi gloſſ. Inſt. de lege aquil. Mynſ. obſ. 97. cent. 1.*

De plus petitionibus.

Titulus XI.

SVMMARIA.

1 *Plus petitur cauſa, loco, tempore & re.*

INTER incidentes quæſtiones, quandoq; reus excipit contra actorem, quod plus petat, ideo annectit de plus petitionibus, quæ fiunt quatuor † modis, infraſcripto ver-
1 ſu compræhenſis: *Plus petitur cauſa, tempore, reque, loco,* de quibus fuſe dicitur *in inſtitutionibus Imperialibus tit. de act. §. ſi quis agens & §§. ſeqq. & titul. de except. §. hodie autem; cum quibus cap. vnicum huius tituli concordat.*

De cauſa poſſeſſionis & proprietatis.

Titulus XII.

SVMMARIA.

1 *In ſpiritualibus & beneficialibus, ex ſolo titulo, abſque traditione, quis conſequitur ius.*
2 *Spiritualia nunquam occupanti conceduntur.*
3 *In Beneficialibus poteſt haberi vera poſſeſſio ſine cauſa & titulo iuſto.*
4 *Retinendæ poſſeſſorium, aliud eſt ſummariiſſimum aliud ordinarium.*
5 *Summariiſſimum poſſeſſorium quibus detur.*
6 *In eo ſufficit ſummaria cognitio.*
7 *Fertur ſententia interlocutoria à qua non eſt licita appellatio.*
8 *Quando manutentio pendet à negotio principali, prius diſcuti debet negocium principale.*
9 *Plenarium ſiue ordinarium poſſeſſorium adhuc durat terminato poſſeſſorio ſummariiſſimo.*
10 *In quo requiritur plenaria cognitio, & ex parte actoris plena probatio.*
11 *Sententia ſuper eo lata eſt definitiua, à qua prohibetur appellatio omni iure.*
12 *Quæ regula fallit in aliquibus caſibus.*
13 *In Beneficialibus & ſpiritualibus ex vnico actu congruo acquiritur poſſeſſio, quando concurrit animus acquirendi, & ſcientia & patientia aduerſarii, cuius intereſt.*
14 *Fallit dicta regula quando poſſidenti ius reſiſtit & aliis caſibus.*
15 *Beneficialium ac ſpiritualium poſſeſſio ex vno vel duobus actibus amittitur.*
16 *Ex conditionali actu transfertur poſſeſſio, quando Dominus ſimpliciter tradit.*
17 *Circa acquiſitionem dominii eſt diſtinguendū.*
18 *Poſſeſſionis duodecim fructus enumerantur remiſſiue.*
19 *Poſſeſſio quæ continuatur in heredē eſt ciuiliſſima, & ex ea agi poteſt interdicto adipiſcēdæ.*
20 *Subrogato gratioſe quoad poſſeſſionem per principem competit interdictum adipiſcendæ.*
21 *In ſpiritualibus quoad validitatem iurium, etiā ſacramentalium, ſufficit poſſeſſio conferentis.*
22 *In Beneficialibus efficacia collationis ſequitur poſſeſſionem.*
23 *Poſſeſſor alio non apparente præſumitur in bona fide & præſumitur Dominus.*
24 *Poſſeſſori debētur fructus, tam in temporalibus quam beneficialibus, niſi poſſeſſorius reſiſtat.*
25 *Succeſſor in beneficio non tenetur iuſtificare titulum ſui prædeceſſoris, ſed ſufficit ei oſtendere ſupplicationem ſignatam, vel probare communem reputationem, & pacificam triennalem poſſeſſionem.*
26 *Habilitatum prædeceſſoris ſufficit qualis qualis probatio, niſi detecta eſſet eius inhabilitas.*
27 *In Beneficialibus agenti poſſeſſorio non obſtat exceptio criminis, ſiue intentetur poſſeſſorium adipiſcendæ, poſt collationem, aut poſt electionem*